



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 5. Politia recens Corsorů.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

EXTENSIO GEOMETRICA CORSICÆ	LONGITVDO	LATIVDO	AMBITVS
Secundum Gerardum Mercatorem	120. M. Paf.	70. M. Paf.	300. M. Pass.
Secundum Philippum Cluuerium	120. M. Paf.	50. M. Paf.	280. M. Pass.
Secundum nouã verãque dimensionem	106. M. Paf.	54. M. Paf.	300. M. Pass.

NVM. 3. *Qualitas Corsicæ.*

REGIO sterilior est, & nisi singularis accedat cultura vix frugum patiens, solo arenoso, & lapidoso. Quibusdam in locis pascua est. Vinum Corsicum Romæ in pretio est. Ferrum optimum & molle sufficit Nebiensis tractus. Hinc quoque mellis, & ceræ plurimum educitur; sed mel non ita laudatur ob Buxi flores, quo tota hæc regio obducitur. Equos & canes emittit generosissimos. Nec salutaribus aquis indiget seu calidis, seu frigidis. Emittit etiam telas, canabim & pannos. Inter Corsicam & Sardiniam coralia laudatissima reperiuntur.

NVM. 4. *Mores recentes Corsorum.*

INIURIAS suas atrocius cæteris Italis vleiscuntur, vnde vulgata parcemia, violato Corso neque viuo, neque mortuo fidendum esse, aut enim ipse, aut filij, aut nepotes reponent iniuriam. Fortissimi milites sunt, & ad omnia munera militiæ expeditissimi. Cuius specimen edidit apud nos Marecallus Ornanensis vir ex quo fortis & prudens.

NVM. 5. *Politia recens Corsorum.*

EXPVLSI sunt Saraceni ex hac Insulâ à Pipino Gallix Rege: exinde in manus Genuensium deuenit. Hanc tamen Pisani arro-

*Parall. Geogr. Tom. II.*

NNNNn



gabant sibi, vnde grauiabella inter vtramque Remp. enata sunt. Pisanis debellatis, Genuensis iuris omnino facta est. Nunc ab officio S. Georgij administratur per Gubernatorem eò missum etiam Vicario, Cancellario, Scribâ, & ordinum ductore. Hic Gubernator duodecim habet assessores indigenas, quibuscum de politica administratione statuit. Finito magistratu rationem eius reddit, & eius vita accuratè excutitur vtrum innocens fuerit, an tyrannica. Insulani tamen mittunt Genuam quotannis duos legatos, alium Bastiâ, alterum Aiacio *Adiazzo*, vt prouideant ne quid Insula detrimenti capiat; si adiunguntur iis sex Syndici Cisfontani, & duodecim Transfontani. Multis in locis turres excitatae sunt ad arcendam vim piraticam Turcarum. Ferunt in eâ Insula reperiri 60. hominum millia qui arma tractare possunt; falsum est quod recens relatio de centum millibus refert. Quidquid pecuniae hic legitur in tutelam Insulae impenditur; sed qualis ea sit non est facile definire, negotiis modò eam augentibus, modò querelis indigenarum eam imminuentibus.

§. 3. *Descriptio Geographica recens Sardiniae.*

DIVIDITVR in duas partes fluuiis *Cedro*, & *Tyrso*.

- |         |  |
|---------|--|
| P A R S | ALGARA: <i>Algieri</i> , seu <i>Algher</i> , loco peramceno sita, aere per salubri, quare Catalani eam magni olim faciebant. Portum habet amplissimum cum Episcopo, qui aliter <i>Bosensis</i> dicitur. Noua ciuitas est, sed satis culta, & frequens. |
| B O-    | Lugudorinum Pro. <i>Capo di Lugudori</i> , olim Erebantium.  |
| R E A-  | SASSARIS: <i>Sassari</i> , non procul à ruinis <i>Turritæ</i> vrbis perantiquæ: vrbs amœna quantum Insula patitur, sed parum munita.   |
| L I S,  | BOSA: <i>Bosa</i> , vrbecula lauta, Principis Salernitani Patrimonium, Episcopalis olim: malè à quibusdam affigitur fluuiio <i>Tyrso</i> , Termum hi dicere voluerunt.   |
|         | TERRA NOVA: <i>Terra Nuova</i> , antea dicta <i>Empurias</i> , & <i>Fausinum</i> , ciuitas quondam Episcopalis, sed sedes translata Castrum Aragonense.  |
|         | SARDA: <i>Sarda</i> , vel vt ait <i>Niger Longo-Sarda</i> , ad finum nobilissimum, qui & <i>Sardensis</i> dicitur, & <i>Terræ Nouæ</i> .   |